GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, um 1200 Seite 23v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Ubi & addit. Et ut iustus appareat na
tus de muliere. Primam quippe inius
ticiam uiro mulier propinauit in para
dyso. Quomodo ergo iustus apparebit. qui
de illa natus est que iniusticie propina
trix extitit. SEQUIT. Ecce inter
sanctos eius nemo immutabilis. & celi
non sunt mundi in conspectu eius. Hoc ce
lorum nomine repetiit. quod prius sanctorum
appellatione signauit. Nam de eisdem
sanctis scriptum est. Celi enarrant gloriam
dei. Qui per naturam propriam omnes in semet
ipsis mutabilitatem tenent. sed dum im
mutabili ueritati studiose semper inhe
re desiderant. inherendo agunt.
ut immutabiles fiant. Cumque ad hanc
toto affectu se tenent. quandoque accipi
unt. ut super semetipsos ducti. uincant
hoc quod in semetipsis mutabiles extite
rant. Quid enim mutabilitas nisi mors
~~quaeritur~~. quedam est. Que dum rem quam
libet in aliud immutat. quasi occidit quod
fuerat. ut incipiat esse quod non erat. Et de
auctore omnium scriptum est. qui solus habet
immutabilitatem. quia uidelicet in
semetipso solus immutabilis est. De quo
per iacobum dicitur. Apud quem non est trans
mutatio. nec uicissitudinis obumbra
tio. Ipsa enim mutabilitas umbra est.
que quasi [illegible] obscuraret lucem,
si hanc per [illegible] aliquas uicissi
tudines permutaret. Sed quia in deo mu
tabilitas non uenit. nulla eius lumen um
bra uicissitudinis intercidit. Bene
autem dicitur. celi non sunt mundi in conspec
tu eius. quia per semetipsos ante dis
trictum dei iudicium. nec ipsi esse mun
di possunt. ad perfectum. qui mundicie
predicatores fiunt. iohanne attestante qui
ait. Si dixerimus quia peccatum non
habemus. nos ipsos seducimus. Si igitur
inter sanctos eius nemo immutabilis. &
celi non sunt mundi in conspectu eius. quis
apud se de iusticie opere presumat.
Unde & subditur. Quanto magis ab
hominabilis & inutilis homo. qui
bibit quasi aquas iniquitatem. Qui
immaculatum prius hominem &
iustum per se esse posse negauerat. hunc
abhominabilem & inutilem appel
lat. abhominabilem scilicet propter
immundiciam macule. inutilem uero
propter iniusticiam imperfecte uite. Qui
tamen abhominabilis & inutilis in
telligi & aliter potest. Aliquando enim
homo peruersus recte agere uidetur.
sed per ea que iniqua sunt etiam ea que
recta sunt destruuntur. Et quia mul
tum deo displicent mala. neque illa
placent que uidentur bona. Qui ergo
in malis suis abhominabiles sunt.
in bonis inutiles manent. quia dum
se per praua opera execrabiles exhibent.
nec illud de eis quod recte agere ui
dentur placet. Bene autem dicitur. qui bibit
quasi aquas iniquitatem. Hoc namque
quod comeditur cum mora glutitur. quia
manditur ut glutiatur. Quod autem bibitur
tantum ad glutiendum moram non
habet. quantum nullam ad manden